



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

De oratione. c. 30

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

tit Introitum non signat se ut prius, et eo repetito iunctis manibus ante pectus accedit ad medium altaris, ubi stans versus illud similiter manibus iunctis, dicit simili voce ter Kyrie eleison, Christe eleison, et iterum ter Kyrie eleison, alternatum cum ministris. Si minister vel qui intersunt celebrant non respondet, ipse solus novies dicit. Ticto ultuno Kyrie eleison. Sacerdos ibidem ut prius stans et manus extendens, elevansque, et iungens, voce predicta incipit, si dicendum sit, Gloria in excelsis, et dicit. Deo capit cruci inclinat, quo erecto stans iunctis manibus ut prius, prosequitur usque ad finem. Quz dicit, Adoramus te Glorias agimus tibi: Iesu Christe: Suscipe deprecationem nostram, et iterum Iesu Christe: capit cruci inclinat. Cum dicit in fine, Cum sancto spiritu scipsum a fratre ad pectus signat, interim perficiens. In gloria Dei patris. Aline. In missa solenni sacerdos facta Confessione ascendit cum ministris ad altare, quo per eum osculato, ponit incensum in thuribulo, ministrante Diacono nauculaz, et thuriferario thuribuluz. Antequam ponat incensum, illud benedicit, dicens, Ab illo benedicaris et postea Diaconus reddit naucula thuriferario, accipit ab eo thuribulum, et dat celebranti osculata prius eius manu, qui facta cruce reverentia, ea ter incensat, deinde unagines et reliquias si ad sint, postea candelabra semel singulis thuribulū dicens, primum a cornu epistoloz candelabra, et illius postremā partē inferiorē, deinde superiorē, et procedens ante crucem, facta ei reverentia incensat alia candelabra in cornu euangeli, et illius postremā partē altaris inferiorē et superiorē, deinde totam anteriorem usque ad extremum altaris in cornu epistoloz, facta cruce reverentia eius ante ea transit, et credito thuribulo ipsi Diacono, ab eo ipse solus incensatur. Deinde, cum illis, Diacono a dextris celebrantis, Subdiacono a dextris Diaconistantibus, prosequitur Introitum et Kyrie eleison. Quz vero intonat hunc uerbi Gloria in excelsis, Diaconus et Subdiaconus, unus post aliud stant a tergo celebrantis, postea ascendunt ad altare, et hinc inde cum celebrante humum submissa, voce prosequuntur usque ad finem.

## C De Oratione. Cap. 30.

O Ticto hymno Gloria in excelsis, vel si non sit dicendus, eo omisso, celebrans osculatur altare in medio, manibus hinc inde

**Ritus celebrandi**

hinc inde super illo ut supra extensis, tum iunctis ante pectus manibus, demissis ad terram oculis vertit se ad manum sinistram, hoc est, ad latus dextrum versus populum, et extendens ac iungens manus ante pectus ut prius dicit voce predicta, **Dominus vobiscum.** Et eyn spiritu tuo iunctis ut prius manibus revertitur per eandem viam ad librum, ubi extendens et iungens ante pectus manus, caputque cruci inclinans, dicit **Oremus.** Tu extendit manus ante pectus, ita ut palma vnius manus respiciat alteram, et digitis simul iunctis, quorum summitas humerorum altitudinem distantique non excedat, quod in omni extensi<sup>n</sup>e manuum ante pectus seruatur. Stans autem ut supra extensis manibus, dicit **Orationem.** Cum dicit, **Per dominum nostri,** iungit manus. Si aliter concluditur **Dratio,** **Qui tecum,** vel **qui venit** cum dicit, **in veritate,** iungit manus. cum nominatur nomen **Jesu**s caput versus crucem inclinat. Cum in Oratione nominatur nomen beate Marie, vel Sanctorum quibus dicitur **Missa**, vel sit commemoratione, item in Oratione pro Papa quando nominatur, caput inclinat. Si plures orationes sunt dicendae idem in eis in voce, extensi<sup>n</sup>e manuum, et capitum inclinatione, quod supra dictum est, obseruatur. Si altare sit ad orientem versus populum, celebrans versa facie ad populum, non revertit humeros ad altare, cum dicturus est, **Dominus vobiscum.** **Dominus fratre** sed **Ite missa est** vel datus benedictionem, sed osculatio altari in f le |dio, ibi expansis et iunctis manibus ut supra, salutat populum. In quatuor temporibus, vel alias quod dicendae sunt plures Orationes cum prophetis, dicto **Kyrie eleison** in medio Altaris, reuertitur ad cornu epistolae, ubi stas ante librum extensis et iunctis ante pectus manibus, et caput cruci inclinans dicit **Oremus**. **Flectamus genua** et illici manibus super altare extensis, ut se ipsius ad altare sustineat, genuflectit, et sine mora surgens, eadem voce dicitur a ministro **L<sup>e</sup>vate** et manibus extensis dicit orationem ut supra, et in conclusione iungit. Dux autem legit Prophetiam manus tenet super librum, vel altare positas. In missa solenni cum dicit **Domini vobiscum** et **Diacono** Diaconus et Subdiaconus stant retro post celebrantem, **Flectamus genua** dicitur a diacono, Subdiacono vero, **L<sup>e</sup>vati** illum primum genuflectente, hoc primum surgente.